Lib. H. D. præmissa supradict. vel eorum aliquod Oriri Celebrari contrahi
vel fieri contingat juxta jura Statuta Leges Ordinationes et
consuetudines ab Antiquo observatas audiendum et terminan-
dum Ac insuper in Omnibus et singulis querelis contractibus
Conventionibus ac Causis et Negotiis Civilibus et Maritimis
vltra Mare perficiendis vltrave Mare Contractis qualitercunq.
emergentibus seu contingentibus ac etiam in Cæteris Causis
et Materiis omnibus et singulis qua Jurisdictionem Maritimam
Admiralitatis nostræ prædict. in dictis Provincia et Territorio
Nostris de Maryland et partibus Maritimis eorundem et eisdem
adjacentibus quibuscunq. quovismodo Tangunt seu aliquo
Modo concernunt vel ab antiquo pertinere debuerunt aut
debent Et generaliter in omnibus et singulis aliis Causis
Litibus Criminibus Delictis Excessibus injuriis querelis Male-
ficiis seu quasi Maleficiis transgressionibus Regratoriis
fforstallariis et Negotiis Maritimis quibuscunq. per Loca
prædict. infra Jurisdictionem Maritimam Admiralitatis Nostræ
provinciæ Territorii Nostrorum de Maryland prædict. per Mare
vel aquam aut Ripas seu Littora eorundem qualitercunq. factis
Com̄issis perpetratis aut emergentibus Nec Non ad inquiren-
dum per Sacramentum proborum et legalium hominum de
dictis Provincia et Territorio Nostris de Maryland prædict. et
partibus Maritimis eorundem et eisdem adjacentibus quibus-
cunq. tam infra Libertates et ffrancheis quam extra Ubilibet
Com̄orantium tam de omnibus et singulis quæ de Jure Statutis
Legibus Ordinationibus vel consuetudinibus ab Antique
observatis inquiri solent vel deberent quam de Wrecco Maris
ac de omnibus et singulis Bonis et Catallis quorumcunq.
Proditorum piratarum homicidarum et felonum qualitercunq.
infra Jurisdictionem Maritimam Admiralitatis Nostræ provinciæ
et Territorii Nostrorum de Maryland prædict. delinquentium
ac de bonis Debitis et Catallis Omnium et singulorum Eorum
manutenentium Accessariorum consulentium auxiliantium
vel assistentium quorumcunq. Atque etiam de Bonis
Debitis et Catallis quorumq. personarum ffelonum de se
et Cujuslibet Personæ ffelonis de se infra Jurisdictionem
Nostram Maritimam prædict. quovismodo seu qualitercunq. ad
p 11 Mortem devenientium Ubicunq. Bona Debita et Catalla hujus-
modi aut aliqua parcella Eorundem per Mare Aquam vel
Terram in dictis Provincia et Territorio Nostris de Maryland
prædict. et partibus Maritimis Eorundem et eisdem adjacen-
tibus quibuscunq. tam infra Libertates et ffrancheis quam extra
fuerint inventa seu invenienda forisfacta seu forisfacienda vel
Existentia quæcunq. Et etiam de Bonis Debitis et Catallis
quarumcunq. aliarum personarum felonum de se et cujuslibet
alterius Personæ felonis de se infra Jurisdictionem Nostram
Maritimam prædict. Repertis seu Reperiendis contingentibus